

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

XIII. Vnde in hanc afficti Christo falsi corporis suspicionem venerit,
exploratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

L I B E R S E C V N D V S.

A Trahi quoque illud potest in calumniam quod habet Origenes in Apologia Pamphilii: Sed & circumcisionis ejus ratio nobis quidem non generalius maiorem angustiam, dicentibus cum consequenter humano corpore & circumcisione esse, & preputium ejus terra mandatum fortassis usque ad tempus; aut si aliter est, in alia disputatione requiretur. Hac tamen ejus circumcisione satis coangustabit eos qui ex diverso sunt; (ideft, εποδέξας, qua notione eadem locutio alibi usurpatur:) spiritale enim corpus quonodo poterat circumcidere ferro terreno? Propter quod non erubuerunt quidam ex ipsis de preputio circumcisionis ejus etiam liberos edere, quibus offendere conarentur quod in substantiam cesserit spiritale. Non minus autem angustabuntur etiam illi qui animale corpus dicunt esse corpus Christi. Ergo animale corpus Christo abjudicat; sed & humanum, humanum siquidem corpus animale juxta Apostolum 1. Cor. 15. 44, & seq. Verum res alter putanda est. Valentianos sequitur perstringit, qui cum triplex hominum genus esse scilicet, τριπλάσιον, τριπλάσιον, & τριπλάσιον qui & άνθρωπος, & ζώον ab illis dicebantur, & priora duo salutem aeternam asequi posse, posterius neutiquam; Christum non πλευράν solum, sed ψυχήν etiam naturam assumisse definiebant. Testem damus Irenaeum apud Epiphanius: Epiph. Her. dicit επόμενον γεννητός λέγουσι, καὶ τούτην τὴν τριπλασίαν τὸ Λύγεον, επειδὴ οὐτις οὐτις. Εάντος δέ τοι στρατηγὸς γράψει τούτους, τὰς απαρχας ἀντὶ εἰληφίνων φασκούσι, οὐτοὶ μὴδὲ οὐχιαὶ τὸ πλευράν, οὐτοὶ δὲ τὸ μητηράς ἐνδειχόντες τὸ Λύγεον χειστοῦ, οὐτοὶ δὲ τὸ εἰκονιαν απειπούσις τούτα τριπλασίαν ἔχοντες, κατόπιν αυτούς δὲ αρρένων τούτην, οὐτοὶ τὸ ξένον, οὐτοὶ τὸ ξένον, καὶ τριπλασίαν, οὐτοὶ τὸ ξένον, οὐτοὶ τὸ ξένον. οὐτοὶ δὲ εἴδι οὐτοὶ εἰληφίνων λίστους ἔχοντες, μη γάρ τοι τέλος οὐτοὶ τὸ ξένον διέτελεν οὐτοις. Quocirca & mandatum conditum esse dicunt, & Servatorem ad animale illud devenerit, quoniam liberate arbitrii pollet, ut id servaret. Quibus enim salutem comparaturas esset, eorum primicias assumisse dicunt; ab Achanoth quidem spiritale, ab Opifice vero animale Christum induisse: propter administrationem autem suam circumpositum ei fuisse corpus animali natura preditum, ineffabiliter vero arte constructum, ut videri, tangi, & pati posset. Nihil autem materia constans illum suscepisse dicunt; materiali grise salutis neutiquam esse capacem.

XIII. Ac cogitanti mihi unde hanc de se violata humanitatis Christi, eique falsi afficti corporis suspicionem commoverit Origenes, locum unum prater superioris duos reperi, unde haec potuit oriiri criminatio. Is habetur Tract. 35. in Math. Veni ergo traditio talis ad nos de eo, quoniam non solum duas forme in eo fuerunt; una quidem secundum quoniamnes cum videbant; altera autem secundum quam transfiguratus est coram Discipulis suis in monte, quando & respexit plenaria facies ejus tanquam Sol, sed etiam unicuique apparebat. secundum quod fuerat dignus. Et cum fuisset ipse, quasi non ipse omnibus videbatur. Et paulo post: Et non mibi videtur incredibilis esse traditio hac, sive corporaliter propter ipsum Iesum, ut alio & alio modo videtur hominibus, sive propter ipsam Verbi naturam, quod non similiter tantum appareat. Si autem hoc ita se habet, possibile est solutionem ejus inventare quod queritur. Quoniam est frequenter cum viderant turba venientes cum Indis, nibilominus opes habebant propter transformationes eius qui cum ostenderet eis, babens notitiam eius familiariorem per multam commemorationem cum eo, ut intelligeret transformationes eius secundum quas sois apparere solebat. Hoc idem significatur etiam per Iohannem Evangelizam, ubi Iesus Iesum que superventura erant ei, procedentes foras dixit: Quem queritis? At illi discerunt, Iesum Nazarenum. Et dixit eis: Ego sum: & obierunt, & ceciderunt retrosum. Vides quia non cum cognoscabant, cum frequenter vidiissent, propter transfigurationem Iesu. Hac repeterem necesse habimus, ne quid de sententia Origenis decerpseretur. Qui ergo frequentem formarum mutationem Christi corpori assignasse Origenem intellexerant, adeo ut aliud aliudque singulis apparet; proclive ijs fuit existimare mutuatitum illud, & ascititia conflatum substantia, non proprium, nec nostri simile, eumdem credidisse. Si quem autem offendit commentum illud, varias Christum induisse formas, & se pro libitu versipelle fecisse; notet ille propostum fuisse hoc ab Origene, tamquam ab alijs sibi traditum, non velut à se confitum; ut rem minime incredibilem, non quasi compertam; dubitando, non asserendo.

XIV. Inter novem criminationes quas Origeni impingi solitas refutat Pamphilus in Apologia, tertia illa est, quod dicunt cum secundum Ariaman vel Paulum Samotrensem, parum hominem, idest non etiam Deum dicere Christum Filium Dei. Nicephorus quidem libr. 17. cap. 27. de Christo dixisse Origenem tradit, ὅτι οὐδὲ αἰσχρόν οὐτοις Cyriacus quoque, apud Symeonem Metaphrastem vita ejus scriptorem, Origenitas Palastinam sexto saeculo insidentes dixisse affirmat Christum non esse unum ex Trinitate. Hanc criminationem alijs superius à se commemoratis valde contrariam esse dicit Pamphilus, sed multo magis etiam quartae repugnat, quam in proxime praecedentibus examini nostro subjecimus; unde alterutris falsitas manifeste elucet; sed clarius etiam tertia illa convellitur ex sexcentis Origenis adversis Ebionem, vel traditam ab Ebione doctrinam argumentis. Quae si quis colligere velit universa, otium suum in re notissima demonstranda disperdet. Satis ille erit, quem è primo Origenis De principijs libro Pamphilus adducit.

XV. Proxime commemoratas calumnias hæc excipit in laudata toties Apologia: Quin-